



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

2 Episcopi, & alij inferiores habent de jure communi facultatem beneficia conferendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

lit. pend. Bal. in l. rescripta. n. 8. C. de prec. imp. off. & Gomez. in proem. Reg. Canc. vers. comderata etiam num. 7. & licet, 8
 2 tam de jure communi, † quam vigore privilegiorum, & indultorum Episcopis, & aliis sic etiam concessa facultas beneficia conferendi, tamen Papa concurrat cum quolibet Ordinario, & quocumque privilegiato collatore, ita quod collatio
 3 † Papæ in mensibus aliis collatoribus, concessis in concursu eadem die facta, collationibus aliorum præferatur. c. dudum. §. nos igitur. cap. si à Sede de praben. in 6. & Staphil. de grat. expect. in prin. n.
 4 8. ut autem provideretur † viris litteratis, & virtute præstantibus, quibus Ecclesia plurimum indiget, & mundus illustratur. c. cum ex eod. de elect. in 6. & auth. habita. C. ne fil. pro patr. neve ordinarii † suis consanguineis, amicis, aut familiaribus duntaxat beneficia conferrent, fuerunt inventæ reservationes Apostolica auctoritate factæ; de quibus post scripta super facultate beneficia conferendi, quænam cadant sub reservationibus, opportune est videndum, & sunt ultra generalem facultatem conferendi Papæ expresse reservatæ:

6 Primò omnes † cathedrales, dignitates, canonicatus, præbendæ, cæteraque beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & regularia quæcumque, & qualiacumque fuerint apud Sedem Apostolicam quocumque modo vacantia, & vacatura. cap. 2. de prab. in 6. cap. ad regimen. in extravag. com. de prab. Cassad. decis. 23. num. 8. eod. tit. & Lap. alleg. 84. num. 1. & in specie † quod beneficia per resignationem in curia factam sunt reservata per d. cap. 2. tenet Simonet.

de reserv. benef. q. 28. num. 111 Est enim reservatio major omnium aliarum reservationum, † quia per specialem, aut generalem facultatem conferendi beneficia reservata nunquam veniunt beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam. Rot. decis. 3. num. 4. de off. leg. decis. 4. de prab. in nov. & Simonet. in tract. de reserv. benef. quest. 82. num. 2.

Secundò omnes ecclesiæ † Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, Episcopales, omniaque monasteria virorum valorem ducentorum ducatorum auri communi æstimatione excedentes ac dignitates, & beneficia omnia † ad collationem, præsentationem, electionem, & quamcumque aliã dispositionem dictorum Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, & aliorum quorumcumque collatorum, & collatricum secularium, & regularium in solidum quomodolibet pertinentia, quæ post illorum obitum, aut dictarum ecclesiarum suarum dimissionem, seu amissionem, vel privationem usque ad promotionem successorum ad easdem ecclesias Apostolica auctoritate faciendam, & adeptam pacificam illorum possessionem vacantia, & vacatura, ut in Regul. Cancell. Clementis Papæ XIII. Regul. 2.

Tertiò sunt reservata † beneficia vacantia per obitum S. R. E. Cardinalium, ac officialium dictæ Sedis, videlicet, Camerarii, Vicecancellarii, Pœnitentarii, notariorum litterarum contradictarum, & Pal. Apost. causarum auditorum breviatorum, lit. Apost. scriptorum, ac comensalium, & aliorum quorumcumque capellanorum ejusdè Sedis, necnon Legatorum

Hh

Nun-